



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome  
Controuersiarum Omnia huius Aeui  
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis  
Quadripertitis digestarum**

**Coppenstein, Johann Andreas**

**Mogvntiae, 1624**

XCIX [i. e. C]. An bonis operibus redimi poßit remanens poena temporalis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11726**

**A V T O R.** Pœnæ temporales remanent sèpè, post remissam culpā; & cæ remittuntur in vita Futura ex Condigno: in præsenti, ex Congruo: 1. Teste S. Scripturæ in Antichristo p. 3. q. 38. 2. S. Chrys. ibid. ait: Deus videt, quod peccatis ipsis non minus damnosum sit Non puniri: propter hoc imponit paenam. Et ne inulti efficeremur de teriores, non remisit supplicium: sc: Utilitatē magis quam Ultionem intendit. Iuxta Oleæ 6. Misericordiam volo, non Sacrificium. S. Aug. ibid. c. 33. 34. Pœnas, Dei amicos afflagentis, esse materiam dicit virtutis: sed non negat esse etiam peccati ultiones. Vnde in Ps. 50. ait: Veritatem dilexi sti, hoc est, impunita peccata eorum etiam, qui bui ignoscis, nō dimisisti. Sic prærogasti misericordiam; ut seruares & Veritatem? 3. Calvinus ibid. c. 8. §. 6. Non modo infirmitatem nostram præuenire; sed præterea etiam delicta corriger habet Deus; ut nos in legitima erga se obedientia contineat. Proinde, quoties affligimur, subire protinus in mentē debet anteacta vita recordatio: ita reperiemus nos admisisse, quod dignum eiusmodi castigatione esset.

**D I C O A D I.** Causa mortui filii Dauidis dicitur, 2. Reg. 12. non, ut in futurum caueat; sed quia blasphemare fecisti inimicos nomen Dei, propter verbū hoc filius tuus morietur. Ideo etiam fleuit Dauid, ad lendum præteritum malum; non ad cauendam futurum.  
**A D II.** Infantes mortem subeūt; at in quam exercitacionem virtutis? Planè in pœnā peccati præteriti, Gen. 2. Quacunq; die comedieris, mors morieris. Rom. 5. Et ita in omnes homines mors transis, in quo omnes peccaverunt. Esto, sit quandoq; mors materies virtutis; nō tamē ideo desinat esse pœna peccati.

## Q V Ä S T I O C.

An bonis operibus redimi posse remanens pœna temporalis?

**V T H E R V S** in Assert. art. 5. et si nomen Satisfactionis respuit, pœnas tamen spontaneis manum Dei posse præueniri concedit & auerti. Sic & Martyr Kemnitius, cæterique Lutherani.

**C A L V I N V S** Inst. 1. 3. c. 4. §. 30. peccatorum pœnas vllis operibus redimi posse negat.

**S V A D E T** Caluinus ita. 1. Nullis operibus delicta procurare iubet; sed sola sacrificia in expiationem requirit. quod ita testari vult, unicum esse Satisfactionis genus. Nam sacrificia Israëlitarum non hominum operacensebantur; sed unico Christi Sacrificio estimabantur. 2. Peccata tua eleemosynis redime: Non voluit significare, Iustitiam & Misericordiam esse Dei propitiationem, & pœnarum redemptionem. Absit enim ut alia unquam fuerit ἀπολύτρωσις, quam Sanguis Christi.

**A V T O R.** 1. Pœnæ Purgatorii redimi possunt operibus piis. patet p. 1. sup. 2. Pœnas in hac vita sunt aliquando necessariò tolerandæ, ut irredimibiles: ut Mors omniū: Mors filii Dauidici: 2. Reg. 12. Moysis ex terra promissa exclusio; q; nec orans fuit exauditus, Deut. 3. 3. Aliquando pœnæ hic redimi possunt: Sic Niniuitæ, Iona vlt. pœnas auerterunt. Id, 2. Par. 7. promittit Deus Ierem. 18. Daniel. 4. Peccata tua superbiæ, rapinae, &c. eleemosynis redime. Nam, Tob. 4. Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat.

**D I C O A D I.** Assumptum vtrumque falsi arguit S. Scriptura: adeo multa docet esse satisfactoria, præter sacrificia. Et hæc respectabant ad & Unicum Crucifixum, & ad Incuruentum specie vnum, numero multa.

**A D II.** Patet solutio: Non voluisse Deum dicit; non docet, Calvinus; nec aliud docuit haec tenus.

Quæ.

